

Sigismund Rissini Comte
D.
Blagay Abbe.

GENEALOGIA

ILLUSTRISSIMÆ FAMILIÆ PRIN-
CIPUM, COMITUM, ET BARONUM

AB

AURSPERG.

HONORI

CELSISSIMI PRINCIPIS, AC
DOMINI DOMINI

FERDINANDI,

DUCIS

SILESIAE IN MUNSTERBERG,
ET FRANCKHENSTEIN, S.R.I. PRIN-
CIPIS AB AURSPERG,

Comitis Principalis in Tengen & Mitterburg, Comi-
tis in Wels & Gottschee, Domini in Schön- & Seifenberg, Supremi Hære-
ditarij Mareschalli, & Supremi Hæreditarij Camerarij Ducatus
Carniolæ & Vindorum Marcæ, &c. Domini Domini
Gratiosissimi.

A. J. L. S. SS. T. D. P. A.



LABACI,

Typis JOANNIS BAPTISTÆ MAYR, Typographi,
& Bibliopola.

ANNO M. DC. LXXXI.

GENEALOGIA

ILLUSTRISSIMAE FAMILIAE PRINCIPUM, COMITUM, ET BARONUM

AB

AURSPERGER

HONORI

CELSISSIMI PRINCIPIS, AC DOMINI DOMINI

FERDINANDI


D. 1799, 21

SILESIAE IN MUNSTERBERG, ET FRANCKENSTERNI PRINCIPIS AB AURSPERGER



Comitis Principis in Tengen, Comitis in Wels & Gortchee, Domini in Schott & Hainberg, Superioris Austriacae, Ducatus Carniole & Vindobonae, etc. Domini Domini Gortschium

A. J. L. S. T. D. R. A.



L A B A C I

Tyris IOANNIS BAPTISTAE MAYR, Typographi, & Bibliopole

ANNO M. DC. LXXI



GENESIS

ILLUSTRISSIMÆ ET ANTIQUÆ FAMILIÆ IN CARNIOLIA PRINCIPUM, COMITUM ET BARONUM

A B

AURSPERG.



DE origine Illustrissimæ & nostrâ ætate ad
Principale fastigium evectæ *Aurspergica* familiæ
Wolfgangus Lazius lib. de migratione Gentium ubi
ejus imperfectam Genesim delineat, sic in titulo
scribit: *Camerarij de Aursperg apud Carnos, qui bodie
Carniolani vocantur, ab Aurupono Romano quondam
municipio. &c.* Et alio loco ejusdem libri: *Non enim
dubito, quin Aurspergum, haud procul à Labaco Auru-
peni ruinas posteritati representet.* Quibus sanè videtur innuere Dominos
ab Aursperg à veteribus Romanis, quorum Colonia olim per Carniam
plures fuerunt, originem trahere. Nuspiam apud antiquos lego Aurupe-
num, vel Auruponium, sed apud Strabonem *Arupium*, apud Antoninum
Aurupium, vel *Arypium*. Strabo in sua Geographia meminit Arupii in hæc
verba: *Japodes circa hos habitant locos, gens Illyricis Gallisque immixta, & pe-
nes istos est sublimitas &c.* Ipsorum autem oppida, *Metulum, Arupium, Mo-
natium &c.* Ex his Lazius conjecturam format quod Arupium & *Aursper-
gum* sit idem, & consequenter quod Illustrissima *Aurspergica* familia nomen
à loco, originem & sanguinem à Romanis desumpserit. Non abnuerem
in eandem concedere sententiam, si præter nominis affinitatem aliud argu-
menti vestigium superesset. Possêt quispiam suspicari, ex eo quia dum Roma-
nis obtemperarent hæ Provincie ad annum paulò suprâ quadriagesimum
Christi, multæ Romanorum Legiones, varij locorum Præsides ac Præsfecti
in iis habitarunt; atque adeò ab horum aliquo nobilissimæ stirpi initium da-
tum. Verùm si antiqua paulò accuratius pervoluamus, fateri cogemur
Romanorum potentiam, si non ante, saltem Attilæ temporibus in Carnia
funditus excisam & gentem totam aliam subingressam, succedentibus sibi
per intervalla cum totius regionis vastatione Hunnis, Gothis, Langobar-
dis, Avaribus, Franconibus, Bavaris, Slavis. Vnde vix est credibile per
tot tantasque revolutiones nobilem aliquam Romanam familiam hic per-
stitisse,

Laz. Migrat.
lib. 6. mihi
fol. 240.Idem ibid.
fol. 296.Strabo lib. 4.
Geogr.

stitisse, aut stemma suum ad nostra vsque tempora propagasse. Non loquor de iis qui tardius Roma profecti in Carnia sedem fixerunt vti Frangepanes, & Vrfini, quorum hodie supersunt familiae. Facilius mihi persuadebo ex Franconum vel Suevorum sanguine aliquem huc advenisse, qui nobilissimam familiam auspicatus sit. Qua de re in Annalibus Carnioliae latius agimus ad annum 926. & rursus ad annum Christi millesimum, & alias frequentius. Potissimum, quo moveor, est avitum gentis castrum in Suevia prope Mindelhemium dictum *Urspurgum*, quod Germanicâ pronuntiatione idem est ac *Aurspergum*, hodie non amplius castrum sed Præmonstratensis Ordinis Cænobium. Ab hoc omninò existimo digressos Aurspergios evocatos ab Imperatoribus Franciis, qui tuendis contra hostiles impetus regni sui limitibus non vnam familiam è Germania superiore in has oras transplantarunt. Quis verò primus ex *Aurspergicis* isthuc lares transtulerit, mihi æquè difficile est scribere, quàm rem ignotam manifestare. Ante annum Christi millesimum fuisse in Carniolia *Aurspergicos* nullum dubium mihi est, imò jam tunc stetit castrum (cujus ruinae adhuc cernuntur) dictum *Aursperg* ex eo colligo, quia nihil repente fit summum, & jam anno 1060. cum habitationi familiae vetus castrum nimis angustum esset, novi castri *Aursperg* fundamenta sunt jacta. Parùm dixeris, si vetus solis centum annis ante novum surrexisse putaveris. Primum stemmatis Genearcham, quem non dubitò plures in hac patria æquè nobiles maiores habuisse Anonymum statuo, donec nomen reperiam. De hoc & successoribus ordine generationum, quæ relatu digniora fuerint libabo, ac simul ipsam Arborem Genealogicam, prout eam ante annos duodecim ex vetustis Arboribus & chartophylaciis magno labore formavi, exhibebo: fateor adhuc imperfectam, sed tamen prioribus omnibus, quas post me nonnemò edidit perfectiorem.

I.

A Nonymus igitur ab *Aursperg* natus circa annum Christi 950. ex conjugè mihi nondum comperta suscepit vt arbitror *Adolphum I.* & *Odoricum* sive *Theodicum I.* obiitque circa Annum Christi millesimum. Filiorum alter *Odoricus* (sic eum nominat Palladius) Popponem natione Germanum ab Henrico II. Imperatore designatum Patriarcham Aquileiensem, virum armis strenuum & bellicosum secutus (sic erant hac ætate Episcopi) contra regulos Lombardiæ Imperio refractarios, contra quos Henricus Imperator magnum vel deduxit vel misit exercitum, & ex eo vndecim millia Popponi Patriarchæ commendavit. Ea occasione *Odoricus ab Aursperg* inter cæteros militari virtute adèò enituit, vt redux ab expeditione à Poppone in Foro julio retentus confederit, & non multò post novam arcem condiderit pro defensione Aquileiensis Ecclesiæ in territorio Faedis quam appellavit Cuccagnam. Ab hac posterì, qui in Foro julio propagati sunt relicto veteri cognomine *Aursperg*, nominati sunt Domini de Cuccagna, & crescente sensim eorum numero, vt est patria generationibus fecunda, in plures dispertiti ramos, nova iterùm sibi nomina indiderunt, vocati alii Freschi, alii de Zucco, alii de Partistagno (detorto vocabulo Germanico Portenstein in Partistagno) alii de Valuasone à quibus etiam profluxerunt Barocci Veneti, ac demum Comitès de S. Phoca nostra celebres tempestate. Quæ omnia in sua nupera Foro juliensi Historia ex vetustis documentis notavit Franciscus Palladius, qui multis laudibus has familias exornat. Fuerunt

runt autem prædicti Domini de Cuccagna, & ipse generis author *Odoricus* (quem corruptè Palladius scripsit de Aumberch errore vel Amanuensis vel Typographi cum alias ad *Aurspergicum* stemma referat, hodie vt ipse ait Principis titulo auctum) Hæreditarii Patriarchatus Aquileiensis Camerarii, quam dignitatem eximiam id temporis fuisse oportet, quandoquidem Patriarcharum potentia primis imperii Romani Principibus par, si non superior fuit. Et cum tanti tunc fuerint *Aurspergii* in Foro-Julio, non est credibile inferiores fuisse in nostra patria sed, potius præcipuis Carniolæ Dynastis accensitos. Prætermissa verò Foro-Julienfium *Aurspergiorum* genealogia, quam conficere alterius sit laboris, ad nostros digrediar. Illud tamen non omiserim adnotare, quod olim in Foro-Julio extiterit castellum dictum *Urispergum* spectans Anno 1364. ad Nobiles de Villalta & Caporiaco & eo anno cum esset protectioni Ducum Austriæ commendatum, à Cividalensibus vicinis solo æquatum, vt refert idem Palladius. Hoc sine dubio ab *Aurspergicis* conditum fuerit in memoriam veteris nomenclaturæ & castri à quo recesserant, quod progressu temporis in alterius familiæ manus devenit, & demum conjectum in rudera, non amplius est reædificatum.

Jul.P.1.141
fol.148.

Fr.Pallad.
P.1.lib.8J
fol.373.

II.

Porrò Odorici frater *Adolphus*, quem Bucelinus Joannem nominat, non vsitato primis temporibus huic familiæ vocabulo, natus fortè circa annum 990. obiit circa annum 1050. vel paulò post, relictis filiis *Adolpho II. Conrado I. Pilgrimo I.* qui aucta familia cum in veteri castro *Aursperg* angustius habitarent, novum castrum *ober Auersperg* à fundamentis exorfi condiderunt, circa Annum 1060. *Adolphi II.* filius fuit *Diepoldus* seu *Theobaldus*, qui anno 1100. literas signavit, quæ extant originales.

Bucel.Germ.
Sacrop.
To.2.

MS.Arbor.
in perg.Lib.
Buchaim.
MS.Gallenb.

III.

Conradus I. stirpis propagator suscepit ex Barbara de *Finckhenberg* vel *Venchenberg* *Conradum II. Adolphum III. Georgium I.* & obiisse notatur 1081. die Cœnæ Domini.

MS.Arbor.

IV.

Conradus II. ex libera de Saanegkh Catharina sustulit *Pilgrinum II. Joannem I.* cujus solùm nomen extat, *Catharinam* vxorem Reimperti ab Eppenstein, quæ obiit Anno 1106. & *Joannam* quæ Virgo decessisse videtur. & sepultus est Reiffnitii Anno 1107. die S. Georgij. Attulit illi Catharina decimas in Reiffniz sub pignore pro 600. marcis Aquileiensis monetæ.

MS.Arbor.
Lib.Buchai.

V.

Pilgrinus II. ex conjugè nondum nota tulit *Pilgrinum III. Conradum III. Engelbertum I.* qui reperitur notatus vt Benefactor Sitticensis Cœnobij Anno 1178. *Sophiam I.* & *Agnetem* quæ juncta Henrico Comiti ab Ortenburg circa Annum 1140. mater ex eo Ottonis Comitis & Hermanni ex Archidiacono Carinthiæ electi Episcopi Gurcensis, quorum Otto post obitum Pilgrini II. præterdens dotem maternam ceu sibi debitam bellum intulit Pilgrino III. (vti hac tempestate passim nobilitas inter se infesta com-

MS.Sittic.
Henning.in
Gen.
MS.Arbor.

mittebat arma) quo *Aursperg* castrum vastavit, & non procul inde aliud con-
dere cepit de suo nomine dictum Ottenstein, cujus adhuc turris videtur.
Id disertis verbis notavit Author arboris membranacea.

VI.

Pilgrinus III. conjugem habuit Sophiam de Herzogburg ductam Anno
1146. cum qua progenuit *Adolphum* IV. *Conradum* VI. *Sophiam* II. &
N. *filiam*. Sophia nupta fuit Gebhardo VI. Comiti de Sultzbach, qui
in Austria dominium Longove possedit & obiit Anno 1185. Per hunc ne-
xum conjugij familia Aurspergica multis præcipuis & Principalibus domi-
bus est illigata. Nam Sultzbacenses dederunt illa ætate orbi duas Impera-
trices, nempe Gebhardi IV. præfati paternæ sorores nuptæ fuerunt altera
Conrado III. Imperatori, altera Emanueli Constantinopolitano. Præter-
cà Vtha soror Berengarii I. Sultzbacensis, qui erat avus Gebhardi IV. fuit
elocata Engelberto III. Comiti ab Ortenburg Marchioni Crainburgensi,
mater Engelberti IV. Marchionis Creinburgensis. Adhæc præfati Gebhar-
di IV. Sultzbacensis cognati transferunt in cognationem cum Clevenfibus
& Abenspergensibus. Gebhardi III. Sultzbacensis soror nupta fuit Boleslao
Procero Principi Silesio, mater Henrici Barbati, cui conjuncta fuit S.
Hedwigis. Denique etiam Ducum Baviariæ sanguinem attigerunt per So-
phiam suam *Aurspergii*, quia mater Gebhardi IV. præmemorati fuit Mecht-
ildis filia Henrici Nigri Ducis Baviariæ. Occurrit hic notare, quod forte
non vanâ conjecturâ possit affirmari hoc tempore vixisse tres fratres *Aur-
spergicos*, qui petente Patriarcha Peregrino locum dederunt in suo territo-
rio pro construendo novo Monasterio Cisterciensium Sitticensi. Nomi-
nantur in literis Foundationis Anno 1126. tres fratres Henricus, Dietericus-
& Megenhalmus, sed non additur cognomen, qui commutarunt præ-
dium quoddam cum Patriarcha fundatore pro aliis bonis. Conjectura stat
pro *Aurspergiis* I. quia nomen Dietericus vel Theodoricus & Mannhalmus
fuerunt familiaria huic stirpi vt deinceps observabimus. 2. quia bona *Aur-
spergica* fuerunt in illa vicinia, & defacto sunt propinqua. 3. quia ab antiquo
semper *Aurspergii* fuerunt Sitticensibus addicti & plurimi eorum, apud ip-
sos sepulti sunt, extantque adhuc cum Aurspergicis insignibus lapides se-
pulchrales. Imò suspicari licet Peregrinum Patriarcham fuisse ejusdem san-
guinis, & illos tres qui dederunt locum novo Monasterio construendo non
vocari simpliciter fratres inter se, sed fratres Pilgrini Patriarchæ:
nam & hoc nomen familiare jam tunc erat *Aurspergicis*, sed hæc sunt tan-
tum conjecturæ; cum alii putent tres illos fratres fuisse DD. de Weichsel-
berg, qui postea fuerunt Advocati Sitticenses; *Anonyma filia Pilgrini* III.
nupta fuit Wolfrado de Treven circa Annum 1186.

VII.

Adolphus IV. Conjugem habuit Caranckham de Falckhenberg, ex
qua suscepit *Ottomannum* I. successorem. *Engelbertum* II. qui Anno
1227. Carolo, Ruperto, & Alberto Dominis de Laas vendidit do-
minia Weinitz, Stodrasitz, & Reiffnitz, cum ex filia Werneris de Pec-
kach nullos liberos tulisset. *Annam* nuptam D. Joanni de Vinckhenberg,
& *Radegundem* nuptam Luitholdo Domino de Stadech, non vt habet Ar-
bor

bor MS. Capitaneo Carniolæ, qui centum annis tardius vixit, sed alteri ejusdem nominis. Hic Adolphus dirutam arcem *Aursperg* denuò reedificavit, & pristino splendori restituit. Ejus tempore vixerunt multi *Aurspergij*, ut notat Author Arboris membranaceæ, quorum nomina sepelivit oblivio. Cognomen conjugis Adolphi scriberem potius Falckhenburg quam Falckhenberg, quia cum nomina propria Falckhenburgicis vsitata, intulerit in familiam *Aurspergicam* Caranckha, vt Ottomanni & Engelberti, videtur fuisse Falckenburgica. Plures enim Ottones sed & Engelberti leguntur in Genealogia Falckhenburgica. Et sic scribitur in Arbore membranacea, aliter in libro Bucheimiano.

VIII.

Otto vel *Ottomannus* I. conjugem habuit Elsam seu Elisabetham de Sumeregkh ductam Anno 1190. ex ea prolem tulit *Engelbertum* III. *Joannem* II. *Ottomannum* II. *Hitzelam* sive *Ceciliam*. Obiit Anno 1215. die 13. Decemb. Ex his *Engelbertus* II. Leopoldum Ducem Austriae secutus in terram sanctam pugnans contra Paganos Anno 1218. occubuit. Hitzela nupta fuit cuidam Domino de Seldenhoven mater vel Avia Colini II. Styriae Capitanei. Coeterum hic *Ottomannus* I. castrum *Aursperg*, quod Adolphus pater instauraverat, denuò in rudera conjectum vidit à Comitibus Goritiensibus, quibus se non tantum Ortenburgici, sed & Patriarcha Aquileiensis Volcherus adjunxerat. Hic Gradisch castrum, quod *Ottomannus* suæ familiæ primus adiecerat diruit, mox etiam *Aurspergum*, nihilque pratermisit, quo potentiam, vel fortè renitentiam *Aurspergica* familiæ deprimeret. Circà hoc ipsum etenim tempus Fridericus Imperator Carniolæ magnam partem Patriarchæ concesserat. Ex quo sanè licet arguere quam potentes hac tempestate fuerint *Aurspergij*, qui ausi sunt bello decertare cum tantis Principibus.

Laz. de Mag.
grat. in Gen.
Sternberg.

IX.

Joannes II. conjugem habuit Claram de Tuschenthall (ego suspicarer de Tzurschenthall cujus familiæ posteri adhuc florent in Austria) ductam Anno 1228. ex qua suscepit copiosam sobolem *Herwardum* I. *Mannhalmum* I. *Petrum* I. *Wolfgangum* I. *Joannem* III. *Fridericum* I. *Haintzlinum seniore*. qui fortè idem est cum Joanne, subscripsit Anne 1291. in lit. Sitticensi. *Claram* I. *Sophiam* III. obiit anno 1246. diebus Pentecostes. Ex his *Petrus* & *Wolfgangus* militarunt Comiti Goritensi, qui cum Tyrolensi agnato contra Archiepiscopum Salisburgensem arma sumpserat, & castrum Greiffenberg obsidione premebat: In eo bello Salisburgensis victor Tyrolensem coepit, & plurimos ejus officiales anno 1252. Post hoc *Petrus* & *Wolfgangus* captato cum fratribus consilio vendiderunt inferiorem arcem *Aursperg* suis ex Herbardo nepotibus circà annum 1270. *Clara* egit vitam cælibem. *Sophia* nupta Henrico de Villanders. Vixerunt etiam nunc *Albertus* & *Haintzlinus* ab Ursperg sic reperiuntur notati in literis Sitticensibus & Freydenhallensibus, quos Joanni III. tribuerem. *Albertus* nominatur Anno 1284. *Haintzlinus* anno 1293. qui ex vxore Diemutha N. suscepit *Herbardum* & *Volcherum* filios, quorum *Herbardus* III. ex vxore Elsa de Kunburg suscepit filiam Elsam Joanni de Waldstein elocatum, cujus matrimo-

MS. Mart.
Chron.

MS. Sittic.
MS. Freydé.

MS. Land-
straff. Anno.
1232. &
1248.

nij literas originales vidi. Nominatur *Mannbalmus* I. ac *Hörwardus* I. in literis foundationis Landstraffensis Anno 1248. vti & *Joannes Nobilis puer de Ouerspergb*, quem reor fuisse Joannem III. quod prædicatum *Nobilis puer* vel *das Edle Kind* Joanni IV. tribuit arbor membranacea, sed tempora non correspondent. quia Joannes IV. obiit 1353. quâ ratione vixisset supra centum annos. Cur ita appellatus fuerit conjecturare licet, quod fuerit egregia corporis Symmetria. *Mannbalmus* I. donavit An. 1232. Sitticensi Monasterio duas huebas pro sepultura, vnde ibi creditur humatus.

X.

MS. Freyde.
MS. Sittic,

Laz. Migtat.
fol. 241.
MS. Sittic.

H*Orwardus* I. conjugem habuit Annam de Reiffenberg filiam Franci sci ductam circa annum 1250. Prolem ex ea tulit *Hörwardum* II. *Wilbelmum* I. *Georgium* II. *Joannem* IV. *Volchardum* I. *Ottomem* seu *Ottomannum* III. *Mannbalmum* II. *Catharinam* II. *Elisabetham* II. *Annam* II. & ex humiliore thoro *Baltbasarem*. Nominatur *Herbardus* I. in literis Ducis Carinthiæ Ulrici anno 1257. Miles de *Obersperch*. Et anno 1262. cum Ottone fratre miles de *Ouversperch*, & rursus ad annum 1268. de *Ouversperch*. Et in literis Sitticensibus ad annum 1278. cum filio *Mainbalmo*. Filij omnes propagarunt stemma, de quibus infra seorsim agam. De *Wilhelmo* I. sub lit. A. De *Georgio* II. sub lit. B. De *Joanne* IV. sub lit. C. De *Volchardo* I. sub lit. D. Hic solum de tribus. *Ottomannus* III. habuit vxorem *Bertham* de *Liebenberg*, & progenuit ex ea *Ottomem* IV. seu *Ottomannum*, *Hugolinum*, *Meinzelinum*, & *Aleydem*, qui patre haud dubie defuncto vendiderunt anno 1292. tres mansos Monasterio Sitticensi. *Otto* IV. vxorem habuit appellatam *Miam* vt in literis Sitticensibus, ex qua num prolem suscepit ignoratur, floruisse illum anno 1296. Lazius scripsit. *Meinzelinus* dictus senior, cum *Hugolino* fratre & sorore *Aleyde* nominantur in literis Sitticensibus anno 1278. *Mannbalmus* II. vxorem habuit N. filiam *Hartwici* de *Valchenberg*, & nominatur in literis Sitticensibus anno 1278. *Catharina* II. filia *Horwardi* I. nupta fuit *Ybano* seu quod idem est *Joanni* Comiti de *Pernstein* & *Gulfingen* cognomento de *Rechnitz*. Arboris *Buchaimianæ* Author posuit *Ibano* Comiti de *Ribnick*, alius habet Comiti de *Reiffniz*, quia scilicet *Reiffniz* apud *Slavos* vocatur *Ribniza*. Sed nullus vnquam fuit Comes de *Reiffniz*, hac vsus appellatione, & hoc tempore *Reiffniz* possidebant *Domi*ni de *Laas*. Unde error amanvensis est, qui pro *Rechniz* posuit *Reiffniz*. Ex *Ibano* fuit *Catharina* mater vnicae filiola, quam *Otto* I. ab *Ehrnfels* duxit parens *Wulfini* III. avus *Otonis* II. proavus *Joannis* ab *Ehrnfels* suæ stirpis postremi & *Catharinæ* nuptæ *Georgio* Domino de *Buchheim* *Austriaco*. *Anna* altera *Herbardi* filia nupta fuit *Wilhelmo* de *Tybein* (hodie *Duin* vocamus) mater ex eo *Hugonis* de *Tybein*, cuius filius vel nepos item *Hugo* anno 1385. *Carniolæ* Capitaneum egit. *Elisabetha* vt *Bucelinus* notavit *Virgo* obiit, fuit autem *Monialis* in *Michelstetten* Ord. S. *Dominici*. Denique *Baltbasar* licet thoro inferiore progenitus, à familia tamen æstimatus fuit: qui sacris initiatus egit primo *Parochum* S. *Cantiani* propè *Aursperg*, deinde *Cancellarium* *Patriarchæ* *Aquileiensis* *Raymundi* vel *Petri* (non enim constat cuius) à quo obtinuit *Oblackh*, & *Nadlischek* dominia, quæ familiæ *Aurspergicæ* adiecit. Redemit à patris suæ pramemoratis inferiorem arcem *Aursperg*, & ad rectam lineam reduxit, aliaque multa pro familiæ splendore egisse memoratur. In magna nunc æstimatione.

stimatione fuit *Aurspergica* familia. *Herbardus* I. inter primos Procures Ducis Carinthiæ numerabatur, quod colligi potest ex literis foundationis Freydenhallensis Carthusiæ, in quibus hoc ordine testes subscripti sunt. *Fridericus* Marchio Veronæ, *Vitus* Venerus Episcopus Gurcensis, *Ulricus* Comes de Hovenburg (seu Haymburg) *Herbertus* de *Ouversperch*, *Rudolphus* & *Otto* de *Liechtenstein*, *Fridericus*, *Ulricus*, & *Otto* de *Stubenberch*, *Henricus* à *Scherffenberch* & *Leopoldus* ejus frater, *Wilhelmus* de *Minkhendorff*, *Marquardus* de *Stain*, *Rudelinus* de *Pürbaum*, *Conradus* Vicedominus de *Vökh*, *Henricus* de *Helfenberg*, *Henricus* de *Rosenberg*, *Conradus* dictus *Gallo*, *Waltherus* de *Stain*, *Hermannus* de *Ramstein*, *Herleckus* de *Hertenberg* &c. Ex quo patet quantæ authoritatis fuerit *Herbardus* I. cum tot aliis nobilissimæ stirpis antepositus est.

MS. Freydé.
ad an. 1260.

XI.

H*erbardus* II. Conjugem habuit *Elisabetham* de *Winden* filiã *Joanis* anno 1276. Liberi ex casucepti fuerunt *Horwardus* III. *Joannes* V. *Liebbardus* I. *Wolfgerus* I. *Elisabetha* III. obiit *Horwardus* II. Anno 1304. die S. Luca. Conjux *Horwardi* fuit ex nobili familia de *Winden*, ex qua eadem fuit *Joannes* de *Winden*, fortassis *Elisabethæ* ex fratre nepos, qui floruit anno 1380. cui nupta fuit *Wandala* de *Perneckh*, soror *Barbaræ* nuptæ *Volchardo* IV. ab *Aursperg* vt est apud *Henninge* & *Lazium*. De filiis *Joannes* V. continuavit rectam lineam. *Liebbardus* adolescens obiit. *Elisabetha* III. nupta *Reinero* *Pincernæ* de *Osterwitz*, qui adhuc vixit anno 1330. ejus filij susceperunt feuda à Patriarchis *Aquileiensibus* *Wippach* & *Mosburg*, huius fortè *Reineri* pronepos *Udalricus* fuit anno 1428. Capitaneus *Carniolæ*. *Bucelinus* ponit *Elisabetham* nuptam *Joanni* de *Raittenau*, quod putem de secundis nuptiis intelligendum. *Clara* fuit Monialis in *Michaelstetten* vel *Munckhendorff*.

Henning, P.
1. Germ. fol.
552.
Laz. Migrat.
fol. 241.

XII.

J*oannes* V. ab *Aursperg* vxorem habuit *Giburgem* vel *Cymburgam* de *Scheyrbeck* filiam *Nicolai* circa annum 1312. obiit ille anno 1353. die S. *Barbaræ*. Prolem sistulit ex conjugate sequentem: *Mannhelmum* III. *Ortholphum* II. *Fridericum* II. *Henricum* II. *Barbaram* I. *Elisabetham* IV. Eorum *Mannhelmus* successit patri, quem malè *Bucelinus* nominavit *Anselmum*. *Ortholphus* II. in libro MS. vocatur *Adolphus*: in alio *Artholphus*, in *Arbore* membranacea *Ortholphus*. Hic juventutem consecravit militiæ, secutus castra *Joannis* Regis *Bohemiæ* contra *Ludovicum* *Bavarum* excommunicatum, quod *Romani* Imperij sceptrum vsurparet. Aliud de eo non reperio. *Fridericus* II. in *Italiam* profectus fortè simili occasione quando *Joannes* *Bohemus* in *Italiam* exercitum duxit anno 1330. illic obiit. *Barbara* elocata *Vlrico* de *Graben*, ei peperit *Fridericum*, *Elisabetha* IV. nupta *Reinberto* de *Gradeneckh*. De *Henrico* nihil reperi.

MS. lib. *Bur*
chaim. MS.
lib. alt. MS.
Arb. memb.

XIII.

M*annhelmus* III. ex conjugate *Anna* de *Katzenstein* filia *Theobaldi* seu *Diopoldi* ducta anno 1356. suscepit liberos. *Theobaldum* II. *Hermandum* I. *Joannem* VI. *Ortholphum* III. *Bernardum* I. *Annam* III. & *Die-*

Iaz. Migrat.
fol. 241.

MS. Mün-
ckend. &
Gallenberg.

Diemutham. Porro *Mannbalmus* obiit Anno 1385. die S. Blasij. Filiorum *Theobaldus* stemma propavit, *Joannes* VI. vxorem habuit *Annam* de *Scheyrn* *Leonardi* filiam, de prole non constat. *Ortholphus* floruit 1409. an ex vxore *Catharina* de *Alben* filia *Udalrici* prolem suscepit ignoratur. Malè de hoc scribit *Lazius*, quod castrum *Werd* vendiderit Comitibus à *Crupa*, quia circa annum 1330. nondum hic *Ortholphus* natus erat, sed vendidit *Ortholphus* I. de quo alibi. *Bernardus* ex conjugè NN. suscepit *Mariam* I. quæ fuit *Abbatissa* in *Münckendorff* circa annum 1424. *Anna*. III. fuit vxor *Herbardi* de *Thschernembl*. *Diemutha* vxor *Jodoci* ab *Helffenberg* senioris. De *Mannbalmo* III. produnt MSS. quod juvenis arma tractaverit *Alberti* *Archiducis* castra secutus, quod existimo factum anno 1352. quando *Albertus* II. *Archidux* contra *Thuricenses* exercitum duxit octoginta millium, quorum omnium galeæ fuerunt coronis insignitæ, vt quasi regali militiâ *Helveti* compescerentur. Leguntur vna cum *Mannhalmo* Martem secuti ex nostratibus *Joannes* de *Neuhauff*. *Conradus* de *Gallenberg*, *Fridericus* de *Scherffenberg*, *Henricus* de *Khreig*, sed annus non notatur: puto esse annum 1352. quo multos nobiles *Alberto* militasse scripsit *Simlerus*.

XIV.

MS. Freyd.
MS. Plettria.
MS. Gallen.

Gen. Buchei.

Necrol. Mi-
chelff.

T*heobaldus* I. in conjugio habuit *Vrsulam* de *Liechtenegg* in *Raspach* *Styram* ductam anno 1367. cum qua progeniuit *Engelbardum* I. *Volckbardum* VI. *Georgium* II. *Pancratium* I. *Elisabetham* V. *Margaretam* II. *Vrsulam* I. *Annam* IV. & obiit 1423. die S. *Maximiliani* tam accurati fuerunt hoc tempore *Aurspergii* vt notarent maiorum suorum obitus & conjugia, quod si fecissent aliæ familiæ, exiguo jam labore conticerent suas *Genealogias*. Filiorum *Engelbardus* propagavit stemma, *Volckhardus* auspicatus est lineam *Schönbergicam*, de quo infra sub lit. F. *Georgius* *Ecclesiastico* statui se addixit, fuitque *Plebanus* ad *S. Bartholomæum* in *Campo* prope *Plettriach*, de quo multa in libello MS. *Freydenthallensi*. *Pancratius* signavit literas anno 1424. & anno 1432. petente *Joanne* de *Nassenfues*. *Engelbardus* & *Volckhardus* cum patruèle *Herwardo* reperiuntur notati anno 1441. & anno 1438. emerunt à *Joanne* de *Meichau* quasdam possessiones. *Elisabetha* nupta fuit *Erasmo* de *Wildthaus* *Styro*, quam *Genesis Buchaimiana* MS. in membrana vocat *Margaretam*, sed confundit matrem cum filia. Nam ex *Elisabetha* & *Erasmo* præfatis nata est *Margareta* de *Wildthaus*, quæ deinde nupsit *Casparo* de *Rogendorff*, ex eo mater *Wolgangi*, qui cum *Elisabetha* de *Liechtenstein* genuit *Polyxenam* de *Rogendorff*. matrem *Joannis Christophori* de *Buchaim*, aviam alterius *Jodnnis Christophori*, proaviam *Otonis Friderici* de *Buchaim* *Episcopi Labacensis* ejusq; fratrum *Joannis Rudolphi*, & *Joannis Christophori*, alterius *Sago*, alterius togâ *Illustrissimi*. *Margareta* nupta *Wilhelmo Khevenhiller* ex quo an prolem tulerit ignoratur. vixit circa annum 1418. superstes marito, qui in pugna contra *Turcas* occubuit. *Vrsula* & *Anna* videntur in infantia extinctæ, vel *Sanctimoniales* fuisse in *Michelfsetten* vbi complures ex *Aurspergica* familia leguntur in *Necrologio* sine annorum annotatione. Porro de *Theobaldo* I. hoc invenio quod cum *Georgio* II. vel III. & *Herbardo* II. patruelibus anno 1421. Senatui *Labacensi* litem moverit propter quosdam colles & sylvas circa *Iggium* in teritorio vicino *Labacensi* vrbis. Aderat id

tem.

temporis Labaci Ernestus Archidux terræ Princeps, qui vtramque partem audivit, & amicè composuit. Idem *Theobaldus* & *Herbardus II.* commutarunt quædam bona cum Cileensibus Comitibus Anno 1407.

XV.

Engelbardus I. Conjugem habuit Scholasticam de Khünigspurg filiam Joannis; & ex ea prolem copiosam. *Engelbardum II.* *Pancratium II.* *Laurentium II.* *Wolfgangum II.* *Ulricum II.* *Volchardum VIII.* *Margaretam III.* *Magdalenam I.* *Susannam I.* Obijt ille Anno 1466. sepultus Sitticij. Ex his *Engelbardus* infans decessit. *Pancratius* stemma propagavit. *Laurentius* ex N. filia Georgij ab Hümelberg an prolem sustulerit non constat. *Wolfgangus*, quem Lazius & Henninges Wolfgerum appellant cum fratre *Volchardo* in Austria nobile stemma propagavit, quod adhuc ibi floret, de quo sub lit. G. *Margareta* in Matrimonium concessit Joannis de Lengheim, *Magdalena* nupta fuit *Wolfgango* de Neuhauff, qui adhuc vixit Anno 1475. Ejus meminit Megiferus. *Susana* quam Bucelinus Sophiam nominat, caelebs obiit. *Engelbardus* hic primus familiæ suæ intulit munus & titulum Hæreditarij supremi Camerarij Provinciæ. Schönberg castrum penè collapsum reædificavit, & plura alia præclara gessit. Demum Somoborij Sexagenario maior obiit. Vxor maritum non plenè quinque mensibus antecessit, sepulta ad S. Cantianum propè *Aursperg* ante altare B. Virginis.

XVI.

Pancratius supremus Hæreditarius Camerarius Carniolæ ex Anna Comitissa de Frangepan filia Trojani ducta Anno 1459. prolem tulit sequentem. *Trojanum I.* *Octavianum I.* *Herculem I.* *Darium I.* *Godefridum I.* *Casparum II.* *Barbaram*, *Sophiam*, *Vnicam*, *Annam*, *Catharinam*, *Rosinam*, *Anonymam*, quorum *Trojanus* stirpis propagator. *Octavianus*, *Hercules* in infantia extincti, *Darius* habuit bona in Möttling: de vxore non constat. Anno 1518. *Godefridus* decessit septennis Anno 1478. De *Casparo* nil constat. *Barbara* egit Sanctimonialem in Michelsteten Ord. S. Dominici. *Sophia* nupta D. Joanni de Tattenpach. *Anna* elocata D. Andrea de Lamberg. *Rosina* nupta fuit D. Georgio de Perckaim, magna avia hodiernorum Comitum de Losenstein, qui hac ætate acceptum ante duo secula sanguinem ab *Aurspergicis* per Celsissimum Principem Joannem Weichardum, refundunt in suum fontem. Nam *Rosina* ex Georgio de Perckheim genuit *Wolfgangum* de Perckheim, cujus filia *Christina* nupsit D. Georgio Achatio de Losenstein, qui obiit anno 1597.

XVII.

Trojanus supr. Hæred. Camer. Carn. vxorem habuit Annam ab Egkh in Neuburg, & prolem ex ea. *Herbardum X.* *Theodoricum II.* *Weichardum I.* *Christophorum*. *Georgium I.* *Polycenam*. *Maxcentiam*. *Estherem*. *Juditham*. *Annam*. Ex quibus *Herbardus* successit in familiæ propagatione. *Theodoricus II.* ex Justina Comitissa de Ladron suscepit *Joannem Paridem*. *Antonium* Anno 1561. *Jodocum - Josephum* Anno 1563. *Theodoricum III.* Anno 1560. *Annam*, *Julianam*. Masculi omnes decesserunt impuberes. *Anna* nupta I. Gabrieli ab Egkh, deinde Ottoni de Rattmanstorff, quem bello claris-

simum vocat Bucelinus. *Juliana* verò nupta fuit Georgio Sigismundo Domino de Stubenberg. Hæc de prole *Theodoricæ* II. qui symbolum vsurpabat, & suâ scribebat manu **nicht unbergolten**. Inscriptus reperitur Patavij matriculæ nationis Germanicæ vbi literis operam dedit Anno 1569. ejus filius *Theodicus* novennis vna cum Patruelibus Christophoro & **Wolfgango Engelberto**. Jam de cæteris *Trojanæ* liberis. *Weichardus* I. natus Anno 1533. Viennæ. Vxorem habuit Dorotheam de Lamniz & **Meferitsch**, prolem nullam, & obiit Anno 1577. ætatis quadragesimo quarto, cum post *Herbardum* fratrem biennio ferè supremum Carniolie Capitaneum egisset. *Christophorus - Georgius* decessit infans. *Polyxena* nata Anno 1524. nupta Jodoco de Gallenberg Prætori Provinciæ magna avia hodiernorum DD. Comitum de Gallenberg, defuncta biennio post maritum Anno 1568. ambo sepulti in Ecclesia Sanctæ Elisabethæ Labaci. *Maxcentia* nupta fuit Erasmo de Obritschan, qui Anno 1550. occisus est in prælio contrâ Turcas. *Juditha* fuit vxor Joannis Scharpfij, filii Floriani. *Anna* nata Anno 1529. nupta patrieli Georgio ab Aursperg. lineæ Schönbergicæ. *Esther* solo nomine nota. Porriò Trojanus, de quo agimus, egit per plures annos Viennæ Consiliarum Sacræ Cæsareæ Majest. in Regimine, & primus obtinuit titulum Liberi Baronis Anno 1531. Interfuit ibi etiam obsidioni Viennensi cum Turcarum Imperator Solymannus urbem cinxisset quadraginta milibus armatorum, vbi etiam alij è patria nostra heroes, suam exeruerunt virtutem, vt in Annalibus referam. Obit *Trojanus* Anno 1540.

XVIII.

H*erbardus* Liber Baro ab Aursperg supremus hæreditarius Camera-rius Carniolie supremus Capitaneus Provinciæ, & Generalis confinium Croatiae natus Anno 1528. Conjugem duxit Anno 1549. Mariam Christinam Baronissam à Spaur Tyrolensem, ex qua prolem tulit, *Christophorum* II. *Wolfgangum - Engelbertum* II. *Trojanum* II. *Joannem Thomam*. Ex quibus *Wolfgangus Engelbertus* natus Anno 1553. Vxorem habuit Elisabetham Baronissam ab Aursperg lineæ Schönbergicæ filiam *Joannis* IV. postremi suæ lineæ, sine prole, & redux è Turcica captivitate obiit, non sine veneni suspitione lentâ tæbe consumptus Anno 1590. *Trojanus* verò natus Anno 1555. Obit Patavij Anno 1569. in studiis, sepultus in æde PP. Eremitarum Sancti Augustini sub Aquila. *Joannes Thomas* obiit infans sepultus ad Sanctum Cantianum propè *Aursperg*. Nihil hac tempestate in Carniolia gloriosius Aurspergico sanguine nihil amabilius. *Herbardus* pater cum filio *Wolfgango Engelberto* vitæ pro patria prodigi, cum adversus Turcas fortiter dimicarent, destituti à suis, oppressi ab hostium multitudine, æternam sibi & suis apud posteros famam nominis pepererunt. *Herbardus* post plures barbaros manu sua peremptos, ex equo fauciato defiliens, ne vivus in hostium potestatem veniret, ad ultimam sanguinis guttam decertare paratus, maiorem penè hostibus terrorem incussit moriens, quàm vivus, stetitque infractus donec capite truncato non prius arma poneret quam vitâ pro patria. Cæso capite actum erat de membris, victoria ab hostibus stetit, ea & *Wolfgangum Engelbertum* in captivitatem abduxit.

duxit, qui litro perfoluto in patriam quidem rediit, sed non multis annis superstes, Veneno à Turcis propinato (vt suspicio est) lentâ consumptus tabe. Funus paternum à porta quam pictam & Carlostadiensem appellant, profecuti optimates & cives inter copiosas lacrymas ad Divæ Elisabethæ Ecclesiam honorificentissimè detulerunt. Rei gestæ seriem Latino & Germano idiomate vulgavit, qui tunc vivebat Prætoris (vt reor) Provinciæ filius Georgius Khisel Liber Baro de Kaltenbrunn, quæ passim habetur. Latinum Originale exemplar Authoris manu descriptum servatur in Bibliotheca Excellentissimi Domini Comitis *Wolfgangi Engelberti ab Aursperg* Provinciæ supremi Capitanei. Accidit hæc Patriæ nostræ jactura Anno 1575. die 22. Septembris cui successit in officio supremi Capitaneatus *Weichardus* frater biennio, & postmodum ab Anno 1577. *Wilhelmus* ejusdem stirpis lineæ Schönbergicæ, vt deinceps notabitur. Symbolum quo utebatur præfatus *Herbardus* fuit V. G. T. id est *unvergessen gehalten Treu.*

XIX.

Christophorus II. *Libro Baro ab Aursperg* supremus Hæreditarius Camerarius Carniolia, Prætor, & Vice - Capitaneus Provinciæ natus Anno 1550. die 27. Octobris duas habuit conjuges, quarum prior Anna de Maltzan ducta Anno 1573. altera Elisabetha Baronissa de Thanhausen. Prolem suscepit *Herbardum IX. Theodoricum IV. Weichardum I I. Joannem Bernardum. Joannem XIII. Elisabetham. Mariam Dorotheam.* Defunctus Labaci in arce, in qua habitabat Anno 1592. Filiorum *Herbardus & Theodoricus* vterque stemma propagavit, quod in hanc diem geminoramo efflorescit, *Herbaridi* senioris successionem infra producam, sub litera H. junior *Theodoricus* lineam nobis rectam continuabit. *Weichardus* natus Anno 1575. Obijt Pragæ Anno 1607. ibi sepultus. *Elisabetha* nupta fuit Stephano Vrsino Comiti de Blagay. *Maria Dorothea* obiit Labaci Anno 1611. De cæteris nihil reperi. *Christophorus* II. operam dedit literis Patavii Anno 1569. vbi matriculæ inscriptus est, cum fratribus *Wolfgango - Engelberto, & Trojano* II. Nuptias primas celebravit Viennæ cum Anna de Maltzan Baronis & Capitanei in Oppeln & Radibor ac Elisabethæ ejus conjugis natæ de Lamnitz & Meseritsch filia, cui convixit vsque ad annum 1588. vnde proles ex hac natæ. Alteram duxit Anno 1589. vti ex libro ipsi dedicato cum titulo *Ehrn - Factel des Ehelichen Standts* colligere licet. Anno 1578. interfuit expeditioni contra Turcas, in qua Derschmirckium & Jasinium fortalitia hostibus erepta notavit Franciscus Kevenhüller. Anno verò 1582. Cum Carolo Archiduce Augustam Vindelicorum ad Imperij Comitiam profectus est.

Kevenhüll.
in Annal.
Ferdin.

XX.

Theodoricus IV. Sacri Romani Imperij Comes *ab Aursperg* supremus Hæreditarius Camerarius & supremus Hæreditarius Marecallus Carniolia, & Vindorum Marchæ, Vice-Capitaneus Provinciæ, & Depu-
B 2 tatorum

tatorum perpetuus Præses natus Anno 1578. conjugem habuit Sidoniam Gallin, filiam D. Cosmæ Gall de Graffenweg, ex qua felicem prolem sustulit. *Wolfgangum, Engelbertum* IV. qui cælebs supremum Provinciæ Capitaneum & Deputatorum Præsidentem multis annis egit. *Joannem Christophorum* qui natus anno 1612. eodem anno decessit Seifenbergæ: *Wilhelmum* qui natus anno 1616. obiit anno 1618. sepultus Labaci apud PP. Societatis JESU in templo D. Jacobi. *Hörwardum* Confinium Croatiae Generalem, & *Joannem Weichardum* S. R. I. Principem, de quibus seorsim suo loco agemus de Herbaro sub lit. I. de Joan. Weichardo sequenti gradu. Obiit *Theodoricus* IV. anno 1634. die 25. Augusti. Sepultus in æde PP. Franciscanorum Labaci splendidissimo funeris apparatu, & pompâ Equestribus familiis olim visitatâ, cui postmodum similis Labaci non est visa. Studiis operam dedit patavij anno 1596. & seqq. vbi inscriptus est matriculæ nationis Germanicæ cum hoc titulo: *Theodoricus ab Aursperg Baro in Schönberg*, quod prædicatum ipse reduxit in suam lineam extinctâ lineâ Schönbergica circâ annum 1590. Defuncto quippè *Joanne* XI. ejusque liberis sine mascula prole, orta fuit lis inter filias *Joannis* XI. *Elisabetham, Felicitatem, & Sabinam*, de hæreditate fortiunda. Prævaluit *Elisabetha*, & quia filia Joannis, & quia ejusdem familiæ marito conjuncta, nimirum *Wolfgango Engelberto*, quo etiam absque liberis mortuo adiit hæreditatem *Christophorus* II. cum suis filiis, qui primi vsurpare cæperunt titulum de Schönberg. Parens enim non toto biennio post *Wolfgangum Engelbertum* patruelem supervixit. Idem *Theodoricus* primum familiæ suæ intulit nomen S. R. I. Comitis: vir fuit in patriæ commoda semper vigil, magni judicii, prudentiæ, æstimationis, autoritatis, adeo ut animadversâ ejus dexteritate in rebus agendis, & magnificentia Anno 1631. Leopoldus Archidux Labacum transiens, cum Mariam Hispanam nepoti suo Ferdinando adduceret, non dubitaverit eum Carniolum Principem appellare, cujus rei auriti testes ante paucos annos vixerunt, à quibus id relatam accepi quasi jam tunc prælagiret Leopoldus honorem, quem *Joannes Weichardus* filius *Theodorici* natu minimus, fortunâ maximus illaturus erat familiæ. Obiit ætate maturâ, plenus meritis, & bonorum omnium luctu, quem tamen felix posteritas suâ virtute deterfit. Vtebatur pluribus symbolis & lemmatis, quæ passim libris inscribebat, ut *A Jove principium*, anno 1610. *Si Deus pro nobis quis contra nos. Nobilitas est ensis*. Concordia res paucæ crescunt. *Künfftige Hoffnung ein Arzney des Glücks*. Similiter Sidonia eius conjunx scribebat anno 1609. A. N. G. W. id est ut ego interpretor. *Alles nach Gottes Willen*. De filio natu maximo, qui successione in minorem natu derivavit laborabunt plures calami ut expriment ejus prudentiam, industriam, liberalitatem, magnificentiam, humanitatem, nec tamen assequuntur. Insinuabunt nonnulla Deo dante *Annales* secundi Tomi, non assequuntur: hic solum quæ Genesim ejus concernunt adnotamus. Natus est *Wolfgangus Engelbertus* IV. anno 1610. die 22. Decembris: Baptizatus Calend. Januarij Anno 1611. pro quo sponderunt Patrini D. Jodocus Josephus Comes à Turri, D. Georgius Andreas lib. Baro Katzianer de Katzenstein, & D. Sabina de Lamberg nata ab Aursperg Domina in Schönberg. Adolescens literis dedit operam quâ Labaci, quâ Græcii Styrorum, Lustravit nobilium more Provincias anno 1633. & seq. Redux in patriam concessit ad aulam Ferdinandi II. ejusque aulicum pocillatorem & Camerarium egit. Orbatu patre anno 1634. munus Marschalli Provinciæ summa cum laude & satisfactione omnium gessit, & an-

no 1643. Capitanei supremi vices suscipiens in eo munere perseveravit vsq; ad annum 1649. quo mortuo Joanne Antonio Principe ab Eggenberg renuntiatuſ est à Sac. Cæs. Majest. cum absoluta potestate supr emus Carniolia Capitaneus. Dein 1660. in eodẽ munere stabilitus ab Augustissimo Imperatore Leopoldo cum Labacum sua Majestas inviseret, ac insuper in numerum Arcanorum actualium Consiliariorum adlectus est; ob id anno sequenti 1661. Viennam profectus interfuit arcanis consiliis. Demum anno 1673. die 28. Aprilis plenus dierum lethargo sopitus vivere desuit. Sepultus in crypta apud PP. Franciscanos in Capella S. Antonij quam sibi vivus construxerat.

XXI.

Joannes Weichardus S. R. I. Princeps ab Aursperg, Dux Silesia in Münsterberg Comes de Gottschee & Wels, Dominus in Schön & Seisenberg, Eques aurei velleris, Inclyti Ducatus Carniolia & Vindorum Marcha supremus Hæreditarius Marschallus & Camerarius, S. Cæs. Majest. Arcanus Consiliarius &c. natus anno 1615. die 11. Martij insigno Leonis Seisenbergæ: baptisatus die 22. eiusdem levantibus ex sacro fonte Wolfgango Theodorico libero Barone de Lamberg Domino in Weissenstein, Joanne Weichardo Vrsino Comite de Blagay, & Anna Maria de Gregorianizh, nata Ainkhornin. Conjugem habuit: Mariam Catharinam Comitissam de Losenstein ex antiquissima Styria Marchionum prosapia filiam Georgij Achatii Comitis de Losenstein, ductam Vienna Austria anno 16---- ex qua prolem sustulit, qua sequitur.

Ferdinandus Franciscus, qui Anno 1678. vxorem duxit. **MARIA ANNA** Comitissam ab Herberstein Joannis Maximiliani Junioris supremi Capitanei Styria filiam,

Franciscus Carolus.

Leopoldus.


Francisca Monialis Ursulina

Theresia

Aloysia

Maria Anna

Obijt Joannes Weichardus Anno 1677. die 11. Nov. Seisenbergæ, sepultus apud PP. Franciscanos Labaci juxta fratrem in conditorio familia. Vixit annos 62. menses 8. cum post lustratas Provincias primum Consiliarium in Excelso Gracensi Regimine, dein Praefectum Aulae Serenissimi Ferdinandi IV. Romanorum Regis vsque ad obitum, ac demum Sac. Cæs. Maj. Arcanum Consiliarium per multos annos egisset.



LINEÆ COLLATERALES.

A.

Ex Gradu Decimo.

Wilhelmus ab Aursperg Herbarði I. filius conjugem habuit Elisabetham filiam Vdalrici de Zobelsperg, ex qua suscepit prolem *Ottomannum* IV. *Mainzelinum*, *Gerlacum*, *Herbardum* V. *Herculem*, *Henricum*, *Adelbeidem*, & obiit circa annum 1312. Filiorum *Mainzelinus* videtur juvenis obiisse, nominatur tamen anno 1317. *Gerlacus* floruit Anno 1317. vt habet *Lazius*, ex conjugē *Chunegunde* de Lavano suscepit *Bernardum* in infantia extinctum, & *Wilhelmum* maritum Annæ de Gleispach, aliud de illo & filiis non reperitur. *Hercules* habuit vxorem *Jeutham* de *Neydegkh*. *Herbardus* V. Nominatur cum fratribus Anno 1317. *Adelbeidis* nupta fuit *Ortholpho* Domino de *Khreyg*.

II.

Otto *Ottomannus* ex conjugē *Adela* de *Reuttenberg* sustulit *Fridericum*, *Ortholphum*, & *Apolloniam*, obiitque circa Annum 1328. Filius *Fridericus* propagavit stemma, fortè & *Ortholphus*, sed nihil reperitur in scripturis, nisi quod ejus vxor fuerit *Chunegundis* *Gallerin*, & quod circa annum 1330. castrum *Werd* vendiderit *Joanni* & *Paulo* Comitibus de *Crupa* *Vrsinis*. *Apollonia* fuit vxor *Henrici* de *Perckhaim*, malè *Bucelinus* scripsit de *Peuckhaim*.

III.

Fridericus ab Aursperg conjugem habuit *Richnizam* vel *Richensam* sororem vel filiam *D. Conradi* de *Lueg* & *Luentz* *Burggraviij*, ex qua tulit *Pilgrinum* V. *Herbardum*, & *Gertrudem*, obiitq; circa Annum 1376. Horum filiorum *Herbardus*, quem *Bucelinus* *Herrandum* signat, cum *Sigismundo* patruale adversus *Labacensem* senatum litigavit ratione fœni in longa fossa, vt nominant. Deputati eam ob rem *Commissarij* *Archiducalēs* rem amicè composuerunt. Itā annotavit in *MSS.* ejus temporis *Labacensis* *Archigrammateus*. Et cum hoc fortè iterum ramus lateralis exaruit: quia de *Pilgrino* præter nomen nil extat. *Gertrudis* nupta fuit *Vlrico* de *Werneckh*.

B.

Ex eodem Gradu X.

Georgius D. ab Aursperg, Herbarði I. filius conjugem habuit *Lucretiam* de *S. Petro*, filiam *Alberonis* *Comitis* de *S. Petro*, cujus filius vel nepos *Oberlaybach* seu *Hyperlabacum* possedit. Ex ea suscepit *Alberonem* & *Petrum* II. quorum *Petrus* adhuc vixisse legitur Anno 1340. & habuit vxorem *Leucardam* de *Ygge*.

Laz. Migrat.

II.

Albero ab Aursperg, conjugem habuit Dorotheam filiam D. Bertholdi de Lackh, ex qua suscepit *Petrum III.* successorem, *Volbardum & Adelbeidem.* *Volbardus* vixit adhuc anno 1382. & citatur vt Benefactor in literis Sitticensibus, *Adelbeidis* nupta fuit Wilhelmo Domino de Khreyg. MSS. Sittic.

III.

Petrus III. ab Aursperg, ex conjugē Redegunde de Windischgrätz progeniuit *Georgium, Wilhelmum, & Joannem VII.* obiitque anno 1382. De *Wilhelmo* notatum est, quod à Meinardo Comite Goritiensi captus fuerit anno 1369. causā non proditur. Fortè in bello quod contrā Venetos hoc tempore gesserunt Comites Goritienses & Patriarcha Aquileiensis, vel certè (vti alias sæpius) propter litigiosa confinia, & limites dominiorum. Hic ex conjugē N. suscepit *Herbardum IX.* qui notatur apud Lazium filius *Wilhelmi.* *Joannes* videtur in infantia, extinctus.

IV.

Georgius III. conjugem habuit *Barbaram* de Khreyg filiam D. *Gottardi* vt habet Arbor membranacea, quæ illi peperit cognominem filium. Hic *Georgius* vna cum patrue libus *Theobaldo & Herrando* litem movit senatui Labacensi anno 1421. propter aliquos colles & sylvas circā Iggium obiit anno 1428.

V.

Georgius IV. ab Aursperg superioris filius, an, & quam vxorem habuerit non possum divinare. Hic ille videtur esse, qui cum agnatis transferit in Austriam, ibique præfecturam salis obtinuerit, cuius occasione templum antiquissimum D. *Ruperti* suis sumptibus instauravit, cuius adhuc inscriptio extat his verbis: *Divi Ruperti templum in foro Pini, tempore Arnolphi Imperatoris fundatum, ruinosum, & vetustate penè collapsum Georgius ab Aursperg reparavit Anno 1436.* Hanc inscriptionem ego Viennæ non semel legi. De quodam *Georgio ab Aursperg* scribit *Lazius* quod floruerit anno 1490. & latrocinij accusatus ab *Ernesto* Archiduce *Græcium* vocatus fuerit, nec ante dimissus, quam *Schönberg.* castro cederet. Id profus confictum esse manifestè evinco. Nullius enim *Georgii* meminerunt antiquæ Genealogiæ Aurspergicæ, cui hæc possint conyenire. Non huic *Georgio III.* quia natus haud dubè fuit ante annum 1400. vel non multò post, cum parens ejus *Georgius* obiisse credatur circā annum 1428. ergo *Georgius* iste non produxit vitam vsque ad annum 1490. multò minus parens ejus *Georgius II.* Non possunt etiam illa convenire vni ex istis duobus ex eo quia *Schönberg* castrum pertinebat ad aliam lineam *Volhardi.* Sed nequè de filio *Volhardi* *Schönbergici* nominato etiam *Georgio* id tribui potest, tum primo, quia constat successores semper absque interruptione castrum *Schönberg* possedisse, tum secundo, quia ille *Georgius Volharti* *Schönbergici* filius anno 1424. quo *Ernestus* Archidux mortuus est, vix adhuc natus fuit, licet probabiliter floruerit anno 1490. Eo proinde tempore quo *Ernestus* Archidux vixit castrum *Schönberg* spectabat ad *Engelbardum & Volbardum* fratres

tres ab Aursperg, qui divisa hæreditate, diviserunt etiam prædicata & diversas lineas sunt auspicati. Volchardus vixit ab anno 1401. ad 1451. cur ergò peccante Georgio, sublatum fuisset castrum Schönberg Volchardo patruelli? Denique Ernestus Archidux obiit anno 1424. quomodo ergò anno 1490. potuisset sententiam ferre in Georgium? unde apparet quod ab aliquo malevolo hauserit Lazius, quæ de Georgio scripsit.

C.

Ex eodem Gradu X.

Joannes ab Aursperg Herbarði I. filius, ex conjugè Juliana ab Hagen Styra prolem tulit Herbardum. Volchardum II. Julianam, de quibus præter nomen nihil invenio. Obiit ille anno 1310.

II.

Hörbardus VI. seu quod idem sonat Herbertus, vel Heribertus ab Aursperg conjugem habuit Helenam à Rattmanstorff, quæ illi peperit Meinardum, vel Mannbardum. Jeutham, & Helenam, fortè plures quos annotare neglexit maiorum incuria. Obijt Herbardus circa annum 1339. Jeutha seu Juditha filia, fuit vxor Rudolphi de Weiffenegk: Helena vxor N. de Rackhniz.

III.

MEinardus in hac linea hoc nomine I. vxorem habuit Annam de Raittenau, vt est in Arbore membranacea, licet Liber Buchaimianus eam tribuat filio Herbarðo, ex qua prolem tulit Herbardum, Volchardum, Diethelmum, quorum Herbardus obiisse notatur anno 1413. Volchardus cum Duce Austriæ profectus scribitur in Italiam. Id ego factum crediderim anno 1365. quo Rudolphus Magnanimus, qui primus se scripsit Archiducem cum socero Carolo IV. Imperatore profectus est Mediolanum. Quid verò amplius Volchardus egerit, defectu documentorum, quod addam non habeo. Diethelmus adhuc vixit anno 1405. quo literas signasse legitur. Pater Meinardus obiit anno 1365. Cætera cum successione latent.

Rhoos in
Añal. Gebv.
in Gen Eytz.
in Gen. Pief.
Ehing.

D.

Ex eodem Gradu X.

Volchardus I. in hac linea, Herbarði I. filius ab Aursperg ex conjugè Margareta Stubenbergica filia Vdalrici Domini à Stubenberg susceptit Udalicum, Nicolaum, & Laurentium, & obiit unno 1326. De filiis præter Laurentii stemma omnia silent.

Arb. MSS.
Lib. Buchai.

II.

Laurentius ab Aursperg tulit ex Margareta de Keinach Pilgrinum, & Margaretam, quæ fuit elocata cuidam Domino à Lichtenberg, vel Lillenberg, obiit Laurentius circa annum 1340.

III.

Pilgrinus IV. ab Aursperg Laurentij filius, conjugem habuit Adelheidem filiam Domini Rudolphi de Weissenstein, cum qua progeniit *Volchardum, Sigismundum, Adelheidem, Juditham, & Sophiam*, & fato functus est anno circiter 1388. Ex prolibus *Sigismundus* legitur anno 1413. litem movisse Labacensibus vna cum patruale suo *Herbardo* propter famelicium in longa fossa. *Adelheidis* nupta fuit Eberhardo de Goriach, *Juditha* in Michelstetten Monialis. *Sophia* elocata Bernardo de Weispriach.

IV.

Volchardus VI. Pilgrini filius ab Aursperg conjugem hubuit Barbaram filiam Ortholphi Comitis de Styra & Pernegkh, viduam Domini Georgii à Diechtenberg, vt præter Lazium & Henningem notant Arbores MSS. Hæc illi genuit *Wilhelmum, & Andream*. Ipse decessit circa annum 1429. quod colligo, quia sequenti anno Barbara transit ad tertias nuptias cum Georgio Comite de Altenburg in Carnioliâ. Hanc Barbaram Henninges putat non fuisse filiam Ortholphi, sed *Wilhelmi* Præfecti Aulae Friderici Imperatoris, quod debuisset accidere antequam Fridericus ad Imperium vocaretur, alias anni non corresponderent. Idem sentit alio loco Lazius, qui prius assererat fuisse Ortholphi filiam. *Andreas* *Volchardi* filius ex conjugē NN. sustulit *Ostermannum*, qui in prælio contra Turcas Anno 1478. ad Vtzthall dimicans, aliis cæsis vix evasit, & *Barbaram* filiam nuptam Domino Sigismundo de Gallenberg. *Wilhelmus* alter *Volchardi* filius ab ayo materno fortè nomen mutuatus, propagavit stirpem.

Laz. Migrat.
f. 245. Henn.
in Gen. fol.
552.

Laz. Migrat.
f. 245.

MS. Schertz.

V.

Wilhelmus *Volchardi* filius ab Aursperg. Vxorem habuit Æmiliam de Tschernembl filiam Henrici, quæ illi genuit *Herbardum, Jacobum, & Casparum*, de quibus nihil reperitur, nisi quod *Herbardus* patri successerit. *Jacobus* fuit primo Parochus ad Sanctum Rupertum, deinde Anno 1493. primus Præpositus Rudolphswertenis. obiit Anno 1508.

MS Rudol-
phwert.

VI.

Horwardus ab Aursperg *Wilhelmi* filius, conjugem habuit Diethmudem à Silberberg, ex qua tulit solum duas filias Anonymas, quarum vna elocata fuisse scribitur in arbore membranacea Sigismundo de Villanders mater ex eo *Wilhelmi* de Villanders: quod ego in arbore DD. de Villanders non invenio, sed quod Sigismundus duas habuerit uxores, quarum prior fuit de Lenghaim, posterior de Obritschan. fortè & tertiam duxit Aurspergicam. Altera *Herbardi* filia conjuncta fuit Pancratio de Kresling eique peperit filiam, uxorem postea Adami de Schweinpeck. ita Arbores MSS. contra quam *Bucelinus* scripserit *Herbardum* hunc calibem obiisse.

Arb. MSS.

Bucel. Germ.
To. 2.

C

F.

F.

Ex eodem Gradu XIV.

Volchardus ab Aursperg Theodobaldi filius author lineæ Schönbergicæ, quæ opibus & æstimatione cæteris antecelluit. Natus Anno 1401. vxorem habuit Barbaram de Wildthausf filiam Henrici Styram, quæ illi genuit *Georgium VI. Wilbelmum V. Joannem VIII. Susannam*. Ipse obiit anno 1451. die S. Joannis Evangelistæ sepultus ad S. Cantianum propè Aursperg. Filiorum *Georgius* continuavit stirpis progeniem. *Wilhelmus* vxorem duxit Margaretam filiam Domini Andreae de Khreyg viduam Ulrici Comitis de Schaunburg sororem Dorotheæ nuptæ N. Domino de Zelckhink. sed nullam ex ea prolem obtinuit. dictus est cognomento Dives, & egit supremum Capitaneum Provinciæ ab anno 1477. post obitum patruelis Weichardi vsque ad annum 1499. quo id munus transmisit in nepotem Joannem Georgij filium. Adjecit familiæ plura Domina, inter quæ numerat Lazius & ex eo Henninges Ruerberg, Praittenbach. Dranfeldt & Pachor. Idem *Wilhelmus* apud Maximilianum Imperatorem intercessit pro senatu Labacensi, eique impetravit privilegium, vt per suffragia & maiora vota senatores de suo corpore possint eligere Consulem, cum hætenus tantum Iudices habuissent: quod privilegium ipsemet *Wilhelmus* in persona tulit ad curiam Civicam, & de eo Magistratui gratulatus est eleganti oratione. Exinde semper maiori affectu *D. Wilhelmus ab Aursperg* profecutus est Labacenses Cives, adeò vt cum anno sequenti 1505. apud PP. Franciscanos sibi & posteris sepulturam delegisset certâ additâ fundatione, & conditionibus, voluerit senatores Labacenses super-Inspectores esse, vti literæ Fundationis eo anno confectæ habent. Obit anno 1506. ibidem cum vxore sepultus, extatque adhuc ejus marmoreum Epitaphium in pariete ad cornu Epistolæ summi altaris. *Joannes I.* alter *Volchardi* filius ab *Aursperg* nominatur in arbore primus supremus Mareschallus Hæreditarius Carniolie an conjugem aut prolem habuerit non notatur. Obit Anno 1461. *Susanna* nupta fuit *D. Andreae* ab Hohenwart, sepulta Cileæ an. 1486. cujus maritus an. 1467. egit supremum Capitaneum Carniolie, deinde anno 1486. & sequentibus Burggravium Ciliae, nisi fuerit ejus filius. Florentissima fuit hoc tempore familia *Aurspergica*, quia circa idem tempus duo munia ex primariis consecuta est, cum *Engelhardus* factus est supremus hæreditarius Camerarius circa an. 1460. & *Joanes I. Volhardi* filius, supr. Mareschal. eodẽ tempore, aut fortè vtrûq; eodem año toti collatum est familiæ.

II.

Georgius I. ab Aursperg *D.* in Schönberg *Volchardi* filius, conjugem habuit, *Catharinam* de *Khünburg*, filiam *D. Pancratij*, 2. *Barbaram Floytin*. 3. *Elisabetham* de *Graben*, filiam *D. Udalrici* supremi Capitanei Styriæ, quæ postea nupsit *Sigismundo Creützer*. Ex qua num prolem suscepit incertum est. Liberi ejus in Arboribus MS. recensentur *Joannes IX. Christophorus I. Wilhelmus VI. Wilhelmus VII. Sigismundus II. Margareta*. Ipse obiit anno 1483. in Bachanalibus, sepultus *Sitticii* apud *Cistercienses*. *Elisabetha* tertia conjunx prius habuit duos maritos *Andream* ab *Hümelberg*, & *Christophorum* à *Silberberg*, vnde videtur probabile prolem fuisse generatam à prima conjuge *Catharina*. Ex filiis *Joannes* successit patri. *Christophorus* & *Wilhelmus VI.* extincti in infantia. *Wilhelmus VII.* videtur sine pro-

MSS. Arbor.

MS. Gallenb.

MS. Labac.

MS. Oberb.

MS. Arbor.

Buc. To. 2. G.

prohibus fuisse De *Wilhelmo VII.* reperio quod anno 1493. Viennæ in exequiis Friderici Imperatoris pro Ducatu Carniolæ vexillum gestaverit, vti & *Volchardus* patruelis Galeam. Sigismundus I. vixit adhuc Anno 1544. nisi sit alterius lineæ, qui libro Lambergeriano inscripsit nomen cum lemmate: *Ich besilchs Gott.* Hic ex conjugē N. suscepit filium *Sigismundum*, qui obiit Anno 1594. sepultus ad Sanctum Rupertum in Carniolia Inferiori. De *Georgio* etiam horum parente lego quod Anno 1475. interfuerit in prælio contra Turcas in Rain, & capto famulo Balthasare à Turcis, ipse redierit.

Fug. in Spec.
Wilhelm.
Schertz MS.
MS. Lamb.

Fug. in Spec.
F. 826.

III.

Joannes II. alias in familia IX. ab *Aursperg Georgij filius*, supremus post patrum Capiteus Carniolæ natus circa Annum 1480. conjugem habuit *Chunegundam* de *Tschernahora*, Liberi ex hoc conjugio fuerunt *Wolfgangus Engelbertus*, *Joannes X. Franciscus I. Georgius IV. Leonardus I. Anna*, & *Barbara*, quorum *Wolfgangus Engelbertus* stemma propagavit. *Georgius* vxorem habuit *Catharinam* de *Wolkhenstein* *Michæelis* de *Wolkhenstein* Equitis Aurei Velleris filiam. *Catharinæ* soror vna Regina nupsit *Alexandro Comiti* ab *Ortenburg*, altera *Leonora* *Wolfgango Comiti* *Montfortio*. Obit *Georgius* sine prole & *Catharina* vxor digressa est ad secundas nuptias cum *Carolo* de *Welsperg*. *Leonardus I.* item *Joannis IX.* filius habuit conjugem *Chunegundam* filiam *Ladislai* de *Rattmanstorff*, neptem *Otonis III.* de *Rattmanstorff*, quæ an illi prolem genuerit, nondum reperi. *Anna* *Leonardi* soror nupta fuit *Francisco Domino* de *Stubenberg*, mater ex eo *Balthasaris*, avia *Francisci*, proavia *Sophiæ*, quam duxit *Joannes Ludovicus* de *Turri*, parens *Joannæ Sophiæ* nuptæ *Otoni Godefrido Comiti* de *Collonitsch*. *Barbara* altera filiarum *Joannis IX.* elocata fuit *Friderico D.* de *Gallenberg*. Porro *Joannes IX.* ab *Aursperg* anno 1510. cum *Maximiliano I.* Cæsar *Augustæ Vindelico-*rum celebraret Comitiam, destinatus fuit à Provincia Carniolæ Legatus, vna cum *Arnoldo Abbate* in *Landstraff*, *Bernardo* à *Raunach*, & *Petro Geyser* senatore *Labacense*, vt notatum est in libro statutorum Provincie. Anno verò 1529. cum intellexisset *Viennam* obsideri à Turcis, conscendit equos veredarios & eo properans, in itinere paulum deflexit, & perditus à famulis, nusquam comparuit. Putatur à Turcis palantibus interceptus, aut ab aliquo gloriæ æmulo trucidatus. Successit ei in Capiteatu Provincie *Christophorus Rauber* Episcopus *Labacensis*, vt habet *Istuanfi*, & extant originales literæ, quibus eum ad id munus suscipiendum hortata est *Maria Regina Hungariæ*, soror *Ferdinandi I.* Imperatoris.

MS. Arbon.
Aursp. Arb.
Rattman.
Arb. Stuben.

Istuanf. in
hist. Hung.
MS. Oberb.

IV.

Wolfgangus Engelbertus ab *Aursperg Joannis II.* filius, duas conjuges habuit: alteram *Felicitatem* de *Keutschach*, alteram *Annā* de *Lamberg*. Ex priore suscepit *Joannem IX. Georgium III. Margaretā* & *Annam*. Ex posteriore nati sunt illi *Wilhelmus IX.* & *Andreas III.* obiit verò *Wolfgangus Engelbertus* an. 1557. symbolo vsus *G. A. M. T.* quod fortè significabat. *Gott allein mein Trost.* Ex liberis *Joannis XI.* patri successit. *Georgius VIII.* vxorem habuit *Annam Baroniſſam* ab *Aursperg* cognatam, *Trojani I.* filiam.

MS. Lamb.

Num proles cum ea habuerit ignoratur. *Wilhelmus* natus scribitur anno 1555. aliud de eo non reperi, uti & de filiabus nihil. *Andreas III.* Christiani orbis *Achilles* anno 1573. Patavij literis operam dedit, anno aetatis decimo sexto. Exinde Provinciis peragratis in Belgio plus temporis impendit: redux arma tractare cepit anno 1578. viginti & unius anni juvenis expeditioni contra Turcas cum *Christophoro* patruo interfuit, in quo pauci equites quingentos barbaros in fugam egerunt. Prælusit tunc magnis contra patriæ hostes facinoribus. Nam anno deinde 1597. cum esset confinium Croatiae Generalis die 22. Junij Turcas gloriosissimè triumphavit, & in *Colapi* fluvio ex eorum cadaveribus suæ gloriæ pontem stravit. Ob id cum *Clemens* Papa VIII. gratulatoria, *Maria* Archidux petitoria, alii Principes officiosis Epistolis dignati sunt. Annua ejus facti memoria etiamnum in Cathedrali *D. Nicolai* Ecclesia *Labaci* festo SS. *Achatii* & *Sociorum* MM. solenni Missa & gratiarum Hymno *Te Deum laudamus* recolitur adhibitis paramentis sacris, quæ ex *Hassani*. *Bassæ* Turcici tunc occisi pretioso paludamento confecta sunt. Eadem memoria in æde *B. V.* propè *Aursperg* annuè peragitur accedentibus vicinis Parochiis, cum festiva tormentorum explosione. *Victoria* admirandæ seriem de profligatis *Andreas* potissimum industriâ quadraginta (vel ut alij volunt 60.) millibus Turcarum, cum nostratium vix octomillia recenserentur, fusè profecuti sunt plures Historici, *Nicolaus Istuanfi*, *Hieronymus Megiferus*, & alii tam impressi, quàm MSS. De ejus vxore & liberis hætenus ad me nihil pervenit.

V.

Joannes XI. ex conjugè *Anna* ab *Egkh* in *Hungerspach* progenuit *Wolfgangum Engelbertum* III. *Joannem Josephum*. *Georgium* VIII. *Wilhelmum* X. *Elisabetham*, *Felicitatem*. *Annam*, *Mariam*, *Sabinam*: quorum *Georgius* obiit in *Silesia*. *Elisabetha* conjuncta *Wolfgango Engelberto* patrueli *Herhardi* filio *Trojani* nepoti de quo supra. *Felicitas* elocata primis nuptiis *Stephano* *Vrsino* Comiti de *Blagay*, secundis verò *Joanni* *Georgio* de *Lamberg* in *Rottenbüchel*, ex eo mater *Sebastiani*. *Wilhelmus* omnibus supervixit nullâ tamen relicta prole *Rudolphswerti* defunctus. *Wolfgangus Engelbertus*, & *Joannes Josephus* cælibes obierunt. Atque ita linea *Schönbergica* extincta est, ut supra insinuatum: redieruntque dominia ad familiam hodieque superstitem. Obiit verò *Joannes XI.* anno 1580.

G.

Ex eodem Gradu XV.

Volchardus ab *Aursperg*, *Engelhardi* I. filius author lineæ *Austriacæ*, natus circa annum 1438. conjugem habuit *Margaretam* de *Wolfstein* & *Chlam*, quæ illi peperit *Sigismundum V.* *Valentinum* I. *Wilhelmum* VIII. *Engelhardum* III. *Chunegundem*, & *Appolloniam*, & obiit anno 1495. In exequiis *Friderici* III. Imperatoris anno 1493. cassidem pro *Ducatu Carniolæ* gestavit. Ex liberis *Sigismundus* lineam continuavit. *Engelhardus* præsidio *Nassenfels* ab *Austriacis* impositus anno 1494. ut habent *Lazius* & *Henninges*, num vxorem habuerit mihi non constat. *Chunegundis* in *Matrimonij* jura data est *D. Erasmo* de *Pergkhaim*. *Appollonia* verò cuidam *D. Püchler*.

II.

Sigismundus ab Aursperg Volchardi filius conjugem habuit Rosinam Rauberin filiam Leonardi Rauber primi suæ familiæ Baronis & Margaretæ postremæ de Planckhenstein, cum qua genuit numerosam sobolem. Sigismundum Nicolaum. Volchardum IX. Alexandrum Bartholomæum. Joannem Andream. Erasmum. Adamum. Patientiam. Cæciliam. Kiburgem. Annam, Catharinam, Severinam, & obiit anno 1541. Horum Sigismundus Nicolaus successit in stirpe propaganda. Volchardus natus anno 1530. conjugem habuit Elisabetham ab Hoffkirchen, filiam Wenceslai ductam anno 1565. quæ obiit anno 1614. ætatis anno 62 cum peperisset marito quaternam prolem. Sigismundum Erasmum. Matthiam. Carolum Herbardum. & Annam Sabnam, quæ nupta Wilhelmo Baroniab Hoffkirchen peperit Wenceslaum Wilhelmum Canonicum Salisburgensem, & Carolum Ludovicum ab Hoffkirchen. obiit Volchardus anno 1591. ætatis 61. Fuit Cæsaris Maximiliani II. ut vocant Aulicus Ståbel-Maister soror ejus Cæcilia nupta fuit Wilhelmo de Neydeckh, Kiburgis verò nupta Christophoro de Thraun Baroni Austriaco. Cæteras proles ait Bucelinus cælibes aut juvenes obiisse. Cæterum Volchardus de quo nunc egimus primus in Austria familiam suam ad Dominorum subfella promovit, renuntiatus Baro anno 1573. symbolum ejus fuit V. W. W. vertraue wisse wem.

MS. Buchai,
MS. Lamb,
A. 1551.

III.

Sigismundus Nicolaus ex duabus vxoribus tredecim liberos suscepit. Ex prima Sophia de Volckherstorff filia Wolfgangi ducta anno 1544. & mortua anno 1570. Wolfgangum Sigismundum. Sigefridum Joannem, Davidem. Melchiorem. Apolloniam. Engelburgem. Mariam. Annam. Ex secunda quam duxit anno 1573. Sidonia filia Alexandri Schiffer Baronis Austriaci, Georgium Ebrnicum I. Georgium Ebrnicum II. Annam Mariam, & Joannam. Ipse obiit anno 1581. Filij: Wolfgangus Sigismundus stemma propagavit Sigefridus natus anno 1547. obiit anno 1571. Joannes natus anno 1549. conjugem habuit Amaleydem de Neudeckh, an prolem habuerit nescio, obiit anno 1598. pene quinquagenarius. David natus anno. 1550. Melchior & Anna gemelli nati anno 1555. Apollonia nata anno 1546. Engelburgis nata anno 1556. nupta D. Wolfgango de Lamberg anno 1572. arbor membranacea habet D. Wolfgango de Thonberg, Anna Maria nata anno 1575. Maria nata anno 1569. nupsit Joanni Bernardo de Traun Baroni Austriaco anno 1569. Georgius Ebrnicus I. natus Anno 1557. decessit eodem. Georgius Ehrnicus II. natus anno 1558. obiit Patavij anno 1591. sepultus in Basilica Eremitarum S. Augustini, vbi ei Epitaphium erectum legitur. Joanna eodem anno 1579. quo nata vivere desiit.

IV.

Wolfgangus Sigismundus L. B. ab Aursperg filius Sigismundi Nicolai, supremus Venationum Præfectus in Austria Conjugem sortitus est Felicitatem à Windischgrätz, quæ illum tredecim liberis felicitavit, quorum nomina Wolfgangus Nicolaus successor. Paulus Volchardus inscriptus Matriculæ nationis Germanicæ Patavij anno 1599. dein bello Ungarico tribus globis trajectus occubuit. Weichardus ex conjuge Anna Domi-

na de Sefinovu sustulit *Volchardum*. *Eusebiam* nuptam Francisco de Zinzendorff, *Adolphum*, *Carolus*, *Mariam Elisabetham*, *Maximilianum*, *Sophiam*. An isti ulterius stemma propagarint nescio, *Georgius Jacobus* filius *Wolfgangi Sigismundi* conjugem habuit *Elisabetham* de Scherffenberg, de prolibus nulla in Arbore mentio. *Sophia* nata anno 1580. elocata est Joachimo Berckha Libero Baroni de Leopoldtsdorff: de cæteris præter nomina nihil reperi, plerique obierunt in adolescentia præter *Andream* de quo infra. Nomina cæterarum prolium *Wolfgangi Sigismundi* sunt *Carolus* natus anno 1588. *Joannes Stephanus* natus anno 1592. *Anna Maria* nata anno 1584. *Elisabetha* nata anno ---- *Felicitas* nata anno 1589. *Sidonia* nata anno 1591. *Apollonia* posthuma nata anno 1599. Obiit ipse *Wolfgangus Sigismundus* anno 1598.

V.

Wolfgangus Nicolaus ex Anna Justina Domina de Stubenberg ducta anno 1611. genuit *Sigismundum Erasmum* stirpis propagatorem *Georgium Bartholomæum*. *Wolfgangum Matthiam*. *Sigefridum*, & *Justinam Felicitatem*, de quibus sola mihi nomina sunt communicata, natus est *Georgius Bartholomæus* anno 1615. *Wolfgangus Matthias* anno 1617 *Sigefridus* natus anno 1619. *Justina Felicitas* nata anno 1624.

VI.

Sigismundus Erasmus duxit anno 1640. *Eusebiam Benignam Dominam* de Khauniz, ex qua suscepit *Mariam Maximilianam* natam anno 1641. *Franciscam* natam anno 1643. *Ferdinandum Sigismundum* natum Anno 1644. *Rudolphum Sigismundum* natum anno 1644. & *Christophorum Ferdinandum* natum anno 1657. quorum etiam sola nomina legi in Arbore, quam mihi D. *Carolus ab Aursperg*, *Weichardi* supra nominati gradu IV. filius exhibuit.

Ex Gradu IV. proximo.

Andreas *Wolfgangi Sigismundi* filius natus anno 1597. conjugem habuit *Barbaram Baronissam* ab Herberstein ductam anno 1624. quæ obiit anno 1654. ex qua sustulit *Wolfgangum Sigismundum* & *Felicitatem* quæ nata est anno 1627. *Wolfgangus Sigismundus* natus anno 1624. conjugem duxit 1654. *Barbaram Reginam* ab Amstetten, quæ illi peperit anno 1657. *Christophorum Ferdinandum*. Ab eo tempore plures tam ipse, quam cæteri genuerint, quos recensere alterius labor erit. Revertamur ad alios traduces.

LINEÆ RECTÆ.

Ex Gradu XVII.

Theodoricus Lib. Baro ab Aursperg Trojani I. filius natus anno 1534. conjugem duxit *Justinam Comitissam* de Lodron. anno 1560. Hæc illi genuit *Joannem Paridem*. *Antonium*. *Jodocum*. *Josephum*. *Theodoricum*. *Annam*. *Julianam*: sex numero & obiit anno 1571. An aliquis ex his stem-

ma propagarit non reperio, verosimile est defecisse. Filiarum *Anna* elocata est D. Gabrieli ab Egkh. eoque mortuo D. Ottoni de Rattmanstorff, quem bello clarissimum vocat Bucelinus. *Juliana* verò nupsit Georgio Sigismundo Domino de Stubenberg. Symbolum *Theodorici* fuit nicht unvergolten. Sic inscripsit cum suo nomine libro Lambergeriano.

Buc.in.Ger.
To. 2. MS.
Lamberg.

H. LINEÆ RECTÆ.

Ex Gradu XIX.

Herbardus L. B. ab Aursperg Christophori filius Provinciae Carnioliae Praetor, vulgo *Landts-Verweser*. Natus anno 1574. die 4. Octob. uxorem duxit Felicitatem Katzianerin Baronissam de Katzenstein filiam D. Georgii Andreae anno 1609. quae obiit anno 1615. die 27. Septem. Hac illi genuit Joannem Andream stirpis propagatorem. Annam Elisabetham natam anno 1610. die 8. Maij. Mariam Dorotheam natam anno 1611. die 23. Septemb. Sidoniam natam anno 1615. die 15. Januar. Sabinam natam anno 1614. die 1. Aprilis, quae omnes vel in infantia, vel caelibes decesserunt. Ipse obiit Labaci anno 1618. die 4. Martij, sepultus in Sacello arcis Aurspergae. Symbolo utebatur quod passim sua manu scribebat: *In Gottes Handt / steht mein Glück*. Fuit vir Catholicæ Religionis amantissimus, ideoque amicissimus Thomæ Episcopo Labacensi Religionis Reformatiori.

II.

Joannes Andreas S. R. I. Comes ab Aursperg Herbaridi filius natus anno 1615. die 16. Julij & Baptizatus 19. ejusdem Spondentibus pro eo D. Joanne Ludovico Comite de Turri, & D. Wilhelmo L. B. de Lamberg in Rottenbüchel. ac D. Regina Comitissa de Turri. Conjugem habuit Annam Elisabetham de Lamberg sororem Comitissae Herbaridi de Lamberg ex qua suscepit Andream Trojanum, qui militiæ obiit. Wolfgangum Engelbertum Provinciae Carnioliae nunc Mareicallum, Joannem Herbardum. Ferdinandum Weichardum. Joannem Weichardum. Mariam Isabellam. Leopoldinam Renatam. Sybillam Constantiam. Joannem Carolum. Annam Maaximillam. obiit Comes Joannes Andreas anno 1664. die 8. Octob. sepultus Labaci apud PP. Franciscanos. Ex liberis ejus Wolfgangus Engelbertus successit stematis propagator. Joannes Herbardus Græcij Consiliarius Excelsi Regiminis ducta uxore aliam lineam auspicatur Ferdinandus Weichardus natus an. 1644. die 2. Julij obiit an. 1646. in octob. sepultus ad S. Cantianum prope Aursperg. Joan. Weichardus natus an. 1647. obiit anno 1649. in April. sepultus ad S. Cantianum. Maria Isabella nata an. 1649. die 12. April. nupsit Joanni Casparo Comiti ab Atthimis an. 1670. eo defuncto transit ad secundas nuptias cum Theophilo Comite Barbo de Wachsenstein filio Bernardini. Leopoldina Renata, nata an. 1650. die 22. Maij nupsit D. Bernardino Barbo Comiti in Wachsenstein anno 166 -- quo defuncto transit ad secundas nuptias cum D. Ferdinando Comiti de Saurau. Sibylla Constantia nata anno 1652. die 1. Septemb. elocata est in Matrimonium D. Francisco Adamo Ursino Comiti de Blagay. Joannes Carolus natus an. 1655. die

die 4. Augusti Deo se dedicavit in Ordine Cisterciensi Sitticij anno 1655.
Anna Maximilla nata anno 1656. die 6. Octob. nupsit D. Carolo Comiti
 à Turri anno 1672.

III.

Wolfgangus Engelbertus S. R. I. Comes ab Aursperg natus anno 1641.
 die 6. Novemb. vxorem duxit Catharinam Elisabetham Baronis-
 sam de Trillegk filiam Georgij Andreae L. B. de Trillegk, & D.
 Annæ Catharinæ natæ Baronissæ Cobentzlin anno 1669. ex qua prolem su-
 scepit.

1. *Wolfgangum Andream* natum anno 1671. die 1. Julii. obiit anno 1672.
 die 10. Septemb.
2. *Annam Elisabetham* natam anno 1674. die 30. Julij.
3. *Adamum Sigefridum Antonium* natum anno 1674. die 15. Septemb.

I.

Ex Gradu XX.

Herbardus S. R. I. Comes ab Aursperg filius Theodoricus natus anno
 1613. die 8. Novemb. vxorem duxit Annam Elisabetham L. Baronis-
 sam de Moschkon anno 1652. quæ illi sequentem prolem genuit. *Ma-
 riam Franciscam*, quæ nata anno 1653. die 30. Januarij. obiit anno 1655.
Joannem Antonium, qui natus anno 1653. die 13. Decemb. obiit an. 1654.
 die 3. Septemb. Carolstadii. *Susannam Rosaliam*, quæ nata an. 1655. die 16.
 Januarii, obiit post quadriduum. *Wolfgangum Jacobum*, qui natus est anno
 1656. die 25. Julij Reichenburgi. *Jodocum Herbardum*, qui natus anno 1657.
 die 8. Septemb. in Liechtenwald, obiit post 6. dies. *Franciscum Antonium*,
 qui natus anno 1659. die 16. Januarij Somoborij. *Joannem Herbardum*, qui
 natus anno 1660. die 11. Decemb. Somoborij. *Theodicum*, qui natus est
 anno 1662. die 16. Martij Somoborij ab his cum adoleverint expectamus
 vltiorem nobilissimæ stirpis propaginem. Adolescentiam & juventutem
 Excellentiss. D. Comes *Herbardus* impendit bonis literis, & mox martiali
 maiorum concepto spiritu militares pro Cæsare Ferdinando III. turmas in
 campum duxit. Mortuo deinde circa annum 1654. Comite Frangepanio
 Confiniorum Croatiae Generali ejus munus tanquam jam in bello exercita-
 tus, & de Augusta domo benè meritus à Sac. Cæs. Maiestate consecutus est,
 maiorique ex parte Carlostadii refedit in omnem partem vigil ne hostis in
 patriam irrumperet. Obiit anno 1668. ætatis 55. sepultus Zagrabia in Ec-
 clesia PP. Societatis JESU, cui vxor vidua magnifico & sumptuoso appa-
 ratu exequias curavit.



TRIGINTA DUO
MAIORES PRINCIPIS
Ab
AURSPERG.

Trojanus i. D. ab Aursperg Anno 1530. Anna ab Eggk in Neuperg.	Horwardus VIII D ab Aursperg L. B.	} Christophorus II. ab Aursperg Lib. Baro.	} Theodoricus III. Comes ab Aursperg.
Vlricus Baro de Spaur Catharina de Madruz	Maria Christina de Spaur.		
Joachimus L. B. de Maltzan Bernardina Baron. de Wal- lenstein.	Joannes Bernar- dus Baro de Mal- tzan.	} Anna Baronissa de Maltzan.	} Jo. Weichardus Princeps ab Aursperg Dux Silesiæ in Müna- sterberg.
Wenceslaus L. B. de Lam- niz & Mezeritsch Anna Comitissa de Salmis	Elifabetha de Lamnitz & Meze- ritsch.		
----- Gall de Graffenbeg -----	Alexander Gall de Graffenweg.	} Cosmus Gall de Graffenweg.	} Sidonia Gallin de Graffen- weg.
Christophorus à Gallenberg Margareta Burggravia de Lueg & Luentz	Agnes de Gallen- berg.		
Christophorus Höffer in Höfflein Catharina ab Orzono	Georgius Höffer in Höfflein Vice- dominus Carn.	} ----- Höfferin	} Ferdinandus. Franciscus Carolus, Leo- poldus & so- rores Princ. ab Aursperg.
Wolfgangus B. de Schni- tzenbaum Magdalena B. de Dietrich- stein	Margareta de Schnitzenbaum.		
Wolfgang. D. de Losenstein Elifabetha de Tschernahora	Diethmarus Cō. de Losenstein.	} Wolfgangus Sig- gismundus Com. de Losenstein	} Georgius Acha- tius Comes à Losenstein.
Georgius de Liechtenstein in Nicolsburg Magdalena de Polheim	Martha Dom. de Liechtenstein.		
Wilhelmus B. de Rogena- dorff Anna D. ab Hohenberg	Georgius Ehrnri- cus Baro de Ro- gendorff.	} Susanna de Ro- gendorff.	} Maria Catha- rina Comitissa de Losenstein.
Ludovicus de Tovar Susanna Ottwein	Elifabetha de Tovar.		
Philippus Cō. de Mansfeld Amelia Com. Leisnicensis	Bruno Comes Mansfeldius.	} Bruno Comes à Mansfeldt	} Francisca Comi- tissa à Mansfeldt.
Wolfgangus Co. Barbienfis Agnes Comes Mansfeldia	Christina Comes Barbienfis.		
Don Garzia Manrique de Lara Isabella Brizzegna	Don Jvan Mani- que de Lara.	} Maria Manrique de Lara.	
Joannes Jacobus de Vols Colonna. Helena de Laas	Dorothea de Vels Colonna.		

MAIORES CONJUGIS CEL- SISSIMI PRINCIPIS

AB AURSPERG.

Bernardus ab Herberstein Catharina de Saurau	Georgius ab Herberstein	Bernardinus Baro ab Herberstein	
Bernardus Schintel Catharina de Boscovitz.	Barbara Schintlin		Joan. Maximil. Comes ab Herberstein
Jo. Aloysius Com. de Valmarana Isabella Com. Nogarola	Leonardus Comes de Valmarana	Margareta Co. de Valmarana	
Baptista Comes à Porto Polyxena Comes à Poyana	Elifabetha Comes de Porto		Jo. Maximil. Comes ab Herberstein.
Christophorus Breuner Virgula Schweinpeckhin	Gaspar Breuner	Jacobus Baro Breuner	
Carolus Baro Villingier Barbara de Rechling	Eleonora Villingierin.		Eleonora Catharina Baron. Breunerin
Joannes de Preifing Catharina de Thanberg	Joannes Albertus de Preifing	Renata Baron. de Preifing.	
Christophorus de Traun Anna Wispeckhin	Anna de Traun		Maria Anna nata Comitiff. ab Herberstein, Princeps ab Aursperg.
Cyprianus Baro de Thun Helena de Glössl	Sigismundus Baro de Thun	Joan. Cyprianus Baro de Thun	
Christophorus Valentinus Fuchs de Fuchsberg Anna de Welsperg	Anna Christina Fuchsin		Jo. Sigismundus Comes de Thun
Sigismundus de Preifing Anna de Baumgarten	Jo. Petrus de Preifing	Anna Maria Baroniffa de Preifing	
Joan. de Seiboltstorff Elifab. Khuenin de Belafy	Maria Elifabetha de Seiboltstorff.		Anna Magdalena Com. de Thun.
Wilhelmus Baro de Wolkhenstein Benigna ab Annenberg	Marcus Sitticus Baro de Wolkenstein	Marcus Oswaldus Co. de Wolkhēstein.	
Balthasar Trautson de Matray Baro Sufanna Fuggerin Baron. de Kirchberg	Anna Maria Trautsonin Baroniffa		Anna Margaritha Comes de wolkhenstein.
Jo. Khuen de Belafy Chunegund. Bar. à Keinach	Jo. Jacobus Khuen de Belafy Comes	Anna Maria Khuenin de Belafy Com.	
Georgius de Niderthor Sufanna Fuchsin à Fuchsberg	Margareta de Niderthor,		